



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

[Capvt XIII.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83000)

29. Sic & vos cum videritis hac fieri, scitote quod in proximo sit in ossijs. 30. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hac, donec omnia ista fiant. 31. Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 32. De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in caelo, neque filius, nisi pater. 33. Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. 34. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori praecepit ut vigilet. 35. Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane.) 36. Ne cum venerit repente, inveniatur vos dormientes. 37. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

IN CAPVT TERTIVM

ARGVMENTVM.

Templi destructionem, bella, persecutionem & vltima tempora praedicit quae sunt apud Matth. 24. Luc. 21. Parabolam ficus, ianitoris vigilantis, adducit, vt ad vigilantiam eos incitet.

VERSVS I. Templi praesidio Iudaei nitentur, Iere. 7. 4. Templum Domini, templum; at bonis moribus duntaxat Deus placari potest. Frustra disputat Laurentius Valla dicendum esse; Quamvis lapides, eumque securus Zuinglius, iam olim eos Erasmus refutauit. Generatim enim quaerit, vel potius admiratur lapides & structuram, non modo magnitudinem lapidum, sed etiam precium, candorem, polituram, sculpturam. Vel vnus nomine ceterorum proponit, vel primum vnus, deinde caeteri.

V. 2. Omnes non est in Graeco, nec Syro, sed in Latinis constanter. ου μη αφεθη, quaedam exemplaria addunt δε ες hic. Haec omnia Matth. 24. Luc. 21. exposita sunt.

V. 4. Incipient consummari, μελες συντελειου. Non vno momento consummanda putabant, itaque initium, & progressum consummationis sibi cupiunt exponi.

V. 8. In Graecis additur και παρεχου, tumultus perturbationes, nec solum tamen tumultus erunt, sed etiam bellum; nam surget gens in gentem. Syrus eodem addit שגולכהא, quod tumultum, perturbationemque significat. Apud Orig. in Matthaeum etiam legitur. Haec sunt initia dolorum αραχαι alia exemplaria αραχαι, nulla sensus iniuria.

V. 9. Videte autem vosmetipsos, caute vobis, Syrus Videte נשמרו animas vestras.

In concilij. Syrus נשמרו לדעה, ad iudicia. Graecis τις το συνεδεου. In Synedria.

V. 11. Praecogitate μη προεμενητε, ne anxie cogitate. Nam cogitationem instantis iudicij excutere vix rei possunt; sed iubet rem Deo commendare, propter Deum omnia pati, Spiritum Apologiam dictaturum esse: Graeca exemplaria addunt μηδε μελεσσετε,

Est autem μελεσσειν oratorum, & causidicorum, dum frangere se defensionis causa incumbunt. sic & Syrus נשמרו לדעה.

V. 14. Quaedam Graeca addunt: το ερηδεν δε εν Δαυιδ & πεσοφης. quod dictum a Daniele Propheta. Syrus abominationem desolationis vocat משהבא למקדש, arba danberba dechureba, signum profanae, in impia desolationis. Est autem משהבא arba non quodlibet signum, sed portentosum.

Franciscus Lucas sic habet: το ερηδεν δε εν Δαυιδ & πεσοφης. Legunt hoc plerique omnes Graeci codices cum Syriacis suffragantibus enarratoribus Graeci Theophylacto atque Euthymio. Omittunt vero utquam Matthaeo proprium, duo Parisiensium exemplaria, secundum (cui consentit nostra ad Vaucaum collatio) & octauum cum latina editione cui adhibetur D. Augustinus epistola 80. & libra. 2. De consensu cap. 77.

V. 17. Ne fiat hyeme. Syrus & Graecus. Νε φησιν υεστρα ηυεμε.

V. 25. Franciscus Lucas. και οι υεστες το υεγονος συν του εκουσθουτος. Sic habet pleraque omnia exemplaria. In duobus 3. & 6. legitur, και οι υεστες συν του υεγονος συν του εκουσθουτος. Huic lectioni Syria illi Latina volumina.

V. 34. Potestatem, libri Graeci qui habent ante corrigendi sunt, & ponendum εστιαι, vt habent Latinus & Syrus. Quaestiones huius capituli apud Matthaeum disputatae sunt.

Quod versu 32. dicitur de die a hora nemi scire, de anno pariter intelligi: parum est enim diem aut horam ignorare, si vicinissimum tempus cognoscitur. Qui duo millia annorum post Christi natuitatem mundo tribuunt, non modo stulta, sed impia etiam coniectura vtuntur; cum Christus scire noluerit.

CAPVT XIII.

Matth. 26. 2.
Luc. 22. 7.

Rat autem Pascha & Azyma post biduum: & quarebant summi sacerdotes & Scribae quomodo eum dolo tenerent & occiderent. 2. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret populi. 3. Et cum esset Bethania in domo Simonis Leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi: & fracta alabastrum effudit super caput eius.

Matth. 26. 6
Ioh. 12. 1.
Matth. 26. 8
Ioan. 12. 4.

Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes: vt quid perditio ista unguenti facta est? 5. Poterat enim unguentum istud venditari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. 6. Iesus autem dixit, Sinite eam, quid illi male estis? Bonum opus operata est in me.

Matth. 26.
14.
Luc. 22. 4.

Semper enim pauperes habetis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. 8. Quod habuit haec, fecit: praue nit unguere corpus meum in sepulchrum. 9. Amen dico vobis, vbicumque praedicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit haec, narrabitur in memoria eius. 10. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt prodiceret eum illis. 11. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se duros. Et quarebat quomodo illum

ad illam opportune traderet: 12. Et primo die Azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quo
 in camus, & paremus tibi ut manduces pascha? 13. Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: ite in civitate?
 & occurret vobis homo lagenam aque haurians, sequimini eum: 14. Et quocumq; introierit, dicite Domino do-
 mus, quia Magister dicit, ubi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? 15. Et ipse vobis de-
 monstret, & intrabit in domum grande, & illic parate nobis: 16. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ci-
 vitatem: & inveniunt sicut dixerat illis, & paraverunt pascha. 17. Vespere autem facta, venit cum duodecim.
 Et discumbentibus eis & manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui
 manducat mecum. 18. At illi ceperunt contristari, & dicere ei singulatim, nunquid ego? 19. Qui ait illis, v-
 nus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino: 20. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est
 de eo, & a nemine homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si non esset natus homo ille. 21. Et
 manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum.
 22. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. 23. Et ait illis, Hic est sanguis meus novi
 testamenti: qui pro multis effundetur. 24. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis usq; in diem
 illum cum illud bibam (nouum) in regno Dei. 25. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. 26. Et ait
 eis Iesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergensur
 oves. 27. Sed postquam resurrexero, precedam vos in Galileam. 28. Petrus autem ait illi, Et si omnes scanda-
 lizati fuerint in te: sed non ego. 29. Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gal-
 lino vocem bis dederis, ter me negaturus. 30. At ille amplius loquebatur, & si oportuerit me simul commori ti-
 bi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. 31. Et veniunt in praedium, cui nomen Getsemani. Et
 ait discipulis suis, Sedete hic donec orem. 32. Et assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secum: & cepit pa-
 rere & radere. 33. Et ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate. 34. Et cum
 processisset paululum, procidit super terram: & orabat ut si fieri posset, transfret ab eo hora: 35. Et dixit: Abba,
 & ait omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu. 36. Et venit, &
 invenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare? 37. Vigilate & orate ut non
 incipitis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. 38. Et iterum abiens, oravit, eundem
 sermone dicens. 39. Et reuersus, denovo inuenit eos dormientes: (erant enim oculi eorum grauati) & ignoraba-
 runt quid responderent ei. 40. Et venit tertio, & ait illis, Dormite iam & requiescite. Sufficit, venit hora: ecce,
 filius hominis tradetur in manus peccatorum. 41. Vigilate, eamus ecce, qui me tradet, prope est. 42. Et adbus
 loquente, venit Iudas Iscariotes unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, a summis sa-
 cerdotibus & Scribis & femoribus. 43. Dederat autem traditor eius signum eis dicens: Quemcumque oscula-
 tus fuero, ipse est: tene eum, & ducite caute. 44. Et cum venisset statim accedens ad eum ait: Rabbi, & oscu-
 latus est eum. 45. At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum. 46. Unus autem quidam de circum-
 stantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. 47. Et respondens
 Iesus ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me? 48. Quotidie eram a-
 pud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleantur scripturae. 49. Tunc discipuli eius relinquen-
 tes eum, omnes fugerunt. 50. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuit
 eum. 51. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis. 52. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdo-
 tem: & conueniunt omnes sacerdotes & Scribae & seniores. 53. Petrus autem a longe secutus est eum usque in-
 tro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. 54. Summi vero sacer-
 dotes & omne concilium querebant adue: sus Iesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inueniebant.
 55. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant. 56. Et
 quidam surgens, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicens: 57. Quoniam nos audimus eum di-
 centem: Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum, aedificabo. 58. Et
 non erat conueniens testimonium illorum. 59. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum,
 dicens: Non respondes quicquam ad ea quae tibi obiciuntur ab his? Et ille autem tacebat, & nihil respondit. Rur-
 sum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es Christus filius Dei benedicti? 60. Iesus autem dixit illi,
 Ego sum, & videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem cum nubibus caeli. 61. Sum-
 mus autem sacerdos sciudens vestimenta sua, ait: quid adhuc desideramus testes? 62. Audistis blasphemiam,
 quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. 63. Et ceperunt quidam conspuere
 eum, & velare faciem eius, & colapbis eum cadere, & dicere ei, Prophetiza, & ministri alapis eum cadebant.
 64. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vnus ex anollis summi sacerdotis. 65. Et cum vidisset Petrum
 calefacientem se, aspiciens illum, ait: & in eum Iesu Nazareno eras. 66. At ille nauigauit, dicens: Neque scio,
 neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. 67. Rursus autem cum vidisset illum an-
 cilla, cepit dicere circumstantibus, Quia hic ex illis est. 68. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui
 stabant, dicebant Petro, Vere ex illis es; nam & Galilaus es. 69. Ille autem cepit anathematizare & iurare.
 Quia nescio hominem istum quem dicitis. 70. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus ver-
 bi quod dixerat ei Iesus: Prius quam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere.

IN CAPVT DECIMVM QVARTVM

ARGVMENTVM.

PRINCIPES sacerdotum ineunt consilium contra Dominum, ille in Bethaniam cenat, & vngitur, discipulos mittit ad parandum pascha; continet autem ornam extremam, & noctis gesta, vsq; ad consilium matutinum. Expofita sunt Mat. thæi 26.

A principio vsq; ad v. 27. In Syra Ecclesia legitur, in consecratione Chrifti. Sic enim legitur: מורין בקורש מורין keriana bekudafch mureuan. Lectio in sanctificatione Chrifti. מורין myrrha, & generaliffimè accipitur, pro quouis vnguento. מורין muran apud Scuerum Pateriam in libro rituali est Chrifti, & in plurali mureuan.

Nota marginalis interpretatur שמן הקרוש oleum sacrum. à v. 27. ad finem, nocte crucifixionis legitur. Totam passionem vocant Syri זקיפתה zekiphtha. Est enim eleuare, exaltare, & in crucem tollere, seu cruci affigere. Hinc toties dicebat Dominus, oportet filium hominis exaltari. & intelligebant etiam Iudæi de cruce ipsum loqui. verbum est, זקף zecaph, exaltauit, certè fixit. Exaltatio igitur de illâ famosissimâ intelligitur, quæ erat in crucem eleuatio.

VERSUS 1. Syrus vocat פסחא pascha mutato O in X. imò dicit פסחא דבשרא pascha azymorum.

Versus 2. Μηποτε, ne forte. Syrus, ne דלמא dalma. die, addidit claritatis causa Latinus, cum non sit in Græco nec Syro.

V. 3. De vnguento, & spicato dixi in Matthæo. Syrus habet alabastrum fuisse super mulierem, hoc est, penes mulierem.

V. 5. Vnguentum à veterè claritatis causa additum est, in Græco est tantum, ῥῆτο.

V. 6. ἔχθης præfens pro futuro, quod Syrus expressit: Ego non omni tempore ero vobiscum.

V. 8. Hæc legendum non hoc: πρὸ ἐλπίου, occupauit, anticipauit, προέφησε dicere solent.

V. 10. Eum, αὐτόν, Syrus Iesum.

V. 13. Lagana νεεγιμων.

V. 14. Καταλυμα, multa exemplaria addunt μα, vt habent Latina. Noster vertit: refectio mea. Quod Beza valde irridet; nam καταλυμα est diuersorium. Hoc ipsum autem dicitur à καταλινειν, quod dissoluere instrumenta itineris quiescere, & se reficere. Ita quoque Syrus est interpretatus, cum vocat בית משורה beth mascherata domum conuiuij, & verbum שרה tamen primario est habitare, morari.

Vers. 15. In Syro & Græco additum est εἰς ἑσπερον, ובמטיבה vammitha, & preparatum, quod videtur ex glossa ortum, qua aliquis exposuit ἐσπερον, stratum.

V. 17. Venit cum duodecim: Syrus vt aliàs sæpe solet, cum sua duodecade. תרעסרה Theragh-sarthech.

V. 19. Singulatim εἰς καθ' ἑα. Syrus חד חד chad chad, vnus vnus.

Vers. 20. In Græcis est non tantum: Qui ait illis, sed ἀποκρίθεις εἶπεν αὐτοῖς, respondens ait illis.

Vers. 22. Benedixit & fregit pro εὐλόγησεν ἔκλασε.

V. 27. Dispergentur oues, quædam addunt τῆς πρόωτης, gregis. Syrus אמרוהו imrauhi, oues eius, vbi & nota marginalis habet: עבראית זון. Hebraice zon.

V. 31. In Syro additur מריי marii Domine mî. Deinde, eisdem vt ipse, omnes discipuli, &c.

Eodem versu εὐλοῦσθε μακάριον, noster vertit amplius, ad verbum, ex abundanti amplius.

Versus 32. Hortum Syrus vocat גדין סבון gad siman.

Vers. 34. Syrus: expectate me. καὶ λέγει αὐτοῖς, alia

referunt ad præcedentia, & pro λέγει, habent infinitiuum λέγειν.

Vers. 36. Abba Pater. ἀββὶς ὁ πατήρ. Quidam existimant Syriacè & Græcè Christum orasse, vt ostenderet in vnam fidem conuenire gentiles, & Iudæos. At Syrus vertit אבא אבא Pater mî, Pater mî. Id hæc mysterio non caret; quod siue Christum Syriacè siue alia quacunque lingua patrem orauit, id Euangelista retulerit duplici lingua, nisi Christus tantummodo dixit אבא Pater, & hoc scribens ille Græcè interpretari voluit, quo affectum indicaret.

Eodem in versu illud: ἀλλ' ὁ θεὸς ἰσχυρὸς, alii habent ἀλλ' ὁ θεὸς ἰσχυρὸς. Sic ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς sunt as mea, mea.

V. 38. Spiritus quidem promptus est: Syrus duobus verbis exponit. רוח צבא ובמטיבה rood zabia, vambitha, Spiritus quidem volens, & promptus est.

V. 40. Καὶ εὐοχῆσαι, & rediens, alia ἡ γὰρ μένουσιν ἐν αὐτῷ cum iterum redisset.

V. 41. Sufficit. Græcè est ἀπέχει, de cuius significatione difficilis est quæstio. Erasmus interpretatur τὸ τέλος. Absit finis. Alii ἀπέχει, sufficit. Syrus אבסח חתא venit finis. ἀπέχει est, disto, absum, habeo, vt ἀπέχει τὸν μισθόν, habet mercedem. Ita hic potest intelligi, ἀπέχει, somnus & quies iam finem habet, iam quod quæsiuit, obtinet. Satis ergo iam est. Dicitur autem de eo, quod agebatur, cum iam obitumum est, tum enim acquiescit is qui ad laborauit. Ita apud Anacreontem. ἀπέχει, βλέπω τὸ ἀπὸ τῆς. sufficit, nam ipsam cerno. Ita noster interpretatus est, & Syri interpretis eadem est sententia. Venit enim finis cum sufficit.

V. 44. Syrus vocat non absolute signum, sed משיבא משיבא aha maschlemana, signum proditiouis, quamuis Græcè significantius est, σημεῖον signum quo inter eos conuenit.

V. 45. Syrus non habet ἄρα, sed repetit רבי רבי Rabbi, Rabbi.

V. 49. Syrus addit: Factum est hoc. הוּא הוּא הוּא uahada.

V. 51. Non fuit adolescens ex Apostolis, quomodo enim illi vel cœnarent, vel exirent in horum, tantum sindone induti? Qui tenent eum si, vobis, vobis vocantur. fuor eorum ostenditur, qui nulli parcerent, etiam eum, qui sonitu & tumultu citatus venerat, inauditum non modo innocentiem capiant. Quod Beza queritur noster non vertit, super nudo, frustra est; nam & Græcè est ἄνευ, sine.

ADAMI
+ Euang

